

Feria tertia Reminiscere

Obsecro vos itaque fratres per misericordiam dei ut exhibeatis corda vestra hostiam viuentem sanctam deo placentem rationabile obsequium. Non faciatis penitentiam non corpus occidendo. sed carnem orificando. Et ideo placet domino iesu christo ut suam voluntatem implentes ad celestem gloriam possimus peruenire. Amen

Feria tertia post secundam dominicam quadragesime. Sermo primus.

Surge et vade in Sareptam sidoniorum. iij. Regl. xvij. Tempus istud quadragesimale et thema datur mihi motiuum de quadam materia predicandi multum vtili et necessaria persone que stat in peccato mortali et mala vita quam poterit exire peccatum per gratiam dei. Sed primo salutem et. Surge. et. hoc verbum ad istam est dictum helye prophete sub tali modo. Sciendum quod semel in regno israel fuit tanta siccitas quod per tres annos cum dimidio non pluit. Non pluit annis tribus et mensibus sex. Luc. viij. et Iaco. v. intantum quod aues et iumenta moriebantur fame. deus volens prouidere ne helyas moreretur dixit sibi. Surge et vade in sareptam sidoniorum. surge. scilicet si vis viuere et recede de hinc et vade et. Sed hoc verbum volens tractare iuxta intellectum tropologicum vel moralem Sciendum quod terra israel ubi fames est significat statum peccati mortalis in quo statu anima moritur fame. quia quam diu stat in corde impenitenti nullum meritum habet de bonis que facit. licet homo ieiunet. nam bona opera sunt anime escie. iuxta illud. Job. iij. meus cibus est ut faciam voluntatem patris mei quam in celis est. sed ne aliquid vestrum dicat. ex quo nullum meritum habemus de bonis. ergo dimittam et. hoc non valet. immo tunc armari debet ad plura facienda quia licet non sint meritoria glorie. tamen non sunt sine remuneratione in hoc mundo. quia valet ad omnia preterquam ad gloriam. unde ex illis deus dabit tibi sanitatem prosperitatem et. et quod magis est si continuaueris bonum operum retrahet te de peccato. nec permittet te mori in mortali. sed illa opera disponet te ad gloriam. unde quando anima veniet ad celos et dabit sibi gloria si vellet remunerationem de operibus factis in statu peccati mortalis non obtineret. ut patet de paulo et maria Magdalena. et alijs qui in statu peccati mortalis multa bona fecerunt. de quibus nullam remunerationem habuerunt in gloria. Ideo in hoc statu anima moritur fame. Autoritas. dicebat christus. Ego sum vitis vera vos palmites. qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum. quia sine me nihil potestis facere. Job. xv. Si ergo volumus viuere vadamus in sareptam sidoniorum. id est. penitentiam sarepta interpretatur tribulatio. sidoniorum venatio quia penitentes venantur merita gloriam et gratiam iuxta illud Matth. xxv. Luc. xix. omni habenti.

scilicet gratiam et penitentiam. dabitur. scilicet occasio merendi et abundabit. omnis autem qui non habet et quod videtur habere. scilicet naturalia auferet ab eo. Ergo surge peccator qui iaces in mala vita et vade et. Iuxta intellectum spirituales modo videamus quomodo surget persona que diu dormiuit in peccato mortali. hoc dicit apostolus sic breuiter ad Eph. v. di. Surge qui dormis. id est. tot anni sunt et. a mortuis et illuminabit te christus. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis non quasi insipientes sed ut sapientes. redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes. sed intelligentes que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria. multum dormit homo qui per unum diem dormit vel per duos vel tres sed multis annis dormiuimus in peccatis Ideo surge et. **Primum** surgendi a peccatis dclaborabo vobis per simile de persona soleni. que surgens de dormitione facit octo. Primo aperit oculos. secundo sedet in lecto. tertio incipit se vestire. quarto exiit de lecto. quinto ex motu expuit. sexto calciat se. septimo cingit se. octauo lauat manus. Sic ergo surgere a peccato est surgere a dormitione. et ista octo debet facere peccator. Primo aperit oculos dicens. Hora est iam nos de somno surgere. Si quis vult surgere a peccatis debet aperire oculos anime et cognoscere peccata. heu quot sunt qui viuunt in peccatis et tamen non cognoscunt. tales dormiunt. Sed quando claritas dei gratie ipsum incipit illuminare tunc cognoscit suam malam vitam. et dicit. Miser sic sum plagatus. et nisi cognoscat infirmus vulnera non curat de medicina. sed quando cognoscit tunc querit medicinam. Ideo de peccatore. verbi gratia. de aliquo religioso qui diu vixit ut ceteri proprietarius. sed quando radio diuine gratie illuminatur cogitando peccata tunc dicit. Miser quid erit de me. tot anni sunt qui portauimus habitum religionis et adhuc non seruauimus vota. et. Idem de sacerdotibus laicis et mulieribus. laborant in hoc mundo per temporalibus per tot annos et nihil per spiritualibus. Miser. ideo David qui dormiuit per annum in peccato adulterij et homicidij. nec habebat cogitationem de peccatis sed quando incepit cognoscere ut habet. ij. Regl. xij. cepit clamare. peccaui domine Amplius. id est. largiter laua me domine ab iniquitate mea et a peccato meo munda me. quoniam iniquitatem meam ego cognosco et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui et malum coram te feci ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. ps. l. Unde Seneca. Cognitio morbi est initium sanitatis. Sic ergo quilibet vestrum aperiat oculos quia hora est iam nos de somno surgere. cogitet quilibet. Jam videamus ergo iuxta que statum viuo ego. bene vel male. Ego sum religiosus et sacerdos. aperi ergo oculos meos. **Secundo** que surgit sedet in loco habens unam partem corpo

ris superius rectam et aliam curuam inferius seden-
do. hoc significat contritionem que in duobus consi-
stet. Unum est versus inferius. scilicet dolor de peccatis
in hoc mundo. sed non est contritio sed materia con-
tritionis. Nam aliud est forma que dat esse rei. scilicet
contritio id est dolor ille qui est de peccatis respec-
tu dei quem offendit. Alias si homo haberet tan-
tum dolorem de peccatis quod fleret. sed non propter de-
um attritio est sed non contritio quoniam non sufficit ad
saluationem. verbi gratia. si quis dolet de peccatis
propter periculum corporis vel fame vel bonorum
quod sibi imminet et plorat nihil valet. quia totum
iacet inferius. verbi gratia. si religiosus dolet quod non
seruauit regulam. quia prelati vult eum incarceratione.
non valet sed respectu dei. **M**iser tantam gratiam
fecit mihi deus quod elegit me in suo fructu in ista san-
cta religione extrahens me de mundo et faucibus
mundi ubi sunt tot male bestie et posuit me in viri-
dario religionis et ego non seruauit etc. **H**ec est con-
tritio. **I**dem de sacerdote. **I**tem si quis sit sententiarum
et cogitet uxorem et filium sunt confusi et plorat et petit
veniam. non valet. quia solus est attritio. **S**ed si do-
let respectu dei dicens. **D**ne tu creasti me ut seruirem
tibi et ego seruui diabolo. redemisti me ut essem
tuus. et ego dedi me diabolo. lauasti me in baptis-
mo et ego sordidavi me. dedisti precepta que serua-
rem. ut seruando possem saluari. et ego non serua-
ui precepta tua sed diaboli. et ecce quid ego feci of-
fendens te etc. **V**era est contritio habens materiam
scilicet dolorem de peccatis et formam. scilicet respectu dei.
De hoc autoritas **Esai. xxxviii. Recogitabo tibi**
omnes annos meos in amaritudine anime mee.
Dne si sic uiuissim et in talibus vita spiritus mei. **C**orri-
pias me et uiuificabis me. etc. **N**ota tibi non mun-
do non uxori non filio etc. **D**ne si sic uiuissim et in tali-
bus vita mea. nota adiectiuum sine substantiuo in
talibus. scilicet respectibus. scilicet dolore de peccatis et respectibus dei
Tertio surgit delecto non nudus. sed uestitus ca-
missa sua vel dyplode. **E**cce emendandi propositum
quia in puncto quo recipit voluntatem emendan-
di vitam suam iam incipit indui. **A**utoritas. **S**i enim
voluntas prompta est secundum id quod habet accepta
est non secundum id quod non habet. **iij. Corinth. viij. vbi**
gratia. Si aliquis perdidit uirginitatem impossi-
le est quod sit uirgo. **H**ieronymus **A**udacter loquor
etc. quia includit contradictionem. **D**e hoc sanctus
Tho. i. pte. q. xxv. arti. v. qui dicit quod preterita non
fuisse contradictionem implicat. unde preterita non fu-
isse non subiacet diuine potentie. hoc idem dicit san-
ctus Aug. protra faustum. Et Iohannes. vj. eth. dicit.
quod hoc solo priuatur deus ingenua facere que sunt
facta. verum ut dicit sanctus Tho. vbi supra in so-
lutione ad tertium. quod omnem corruptionem mentis et
corpis deus auferre potest a muliere corrupta.
Hoc tamen ab ea remoueri non poterit quod corrupta non
fuerit. **E**t sic quod dictum est intelligitur et verbum
sancti Hieronymi qui dicit cum dicit. cum deus om-

nia possit. non potest facere de corrupta incorruptam. licet habeat voluntatem magnam et affectionem
virginitatis et displicet ei quia non est uirgo. sed quia
talis habet voluntatem promptam accepta est secundum il-
lud quod non habet. **I**dem de desiderio martyrii ut
legitur de beato domino et francisco. voluntas erat
prompta in his secundum desiderium. et accepta secundum illud
quod non habet. quia licet non habeat aureolam
martyrii tamen habet meritum martyrii. **S**ic quoniam pro-
na superba proponit emendare scilicet humiliari. **I**am ta-
lis voluntas prompta est et accepta deo secundum illud quod
non habet. **I**dem de auaro usurario luxurioso acci-
dioso guloso iracundo siue furibundo etc. **I**am vo-
luntas est prompta secundum illud quod non habet etc.
Idem Iohannes vocat habitus virtutes in libro ethi-
corum. quia includunt animam. **I**dem apostolus ad
Col. iij. Induentes nouum hominem qui renouatur i-
agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit eum.
Quarto persona surgens recedit a lecto. lectus pec-
catorum est mala societas recedit ergo ab illa quia
poeta dicit. **Q**ue nocitura tenes quibus sint cara
relinque. **N**ocitura. scilicet anime. **S**ed christus de-
clarat hoc melius qualiter debemus recedere a
mala societate dicens. **S**i manus tua vel pes tuus
scandalizat te erue eum et proijce abs te. melius est
tibi in debilem vel claudum ingredi ad vitam quam duos
pedes vel duas manus habentem mitti in gehem-
nam ignis. **M**att. xvij. **N**ota proijce. id est pro-
cul eijce. verba sunt figuratiua. quia non est intentio
christi quod aliquis debeat sibi scindere aliquod mem-
brum corpale ut uiuat caste. quia peccator absce-
dendo. sed vult dicere similitudinarie. et ecce quo
modo. officium enim manus est operari. **U**n dicit Iohannes
philosophus quod manus est organum organorum. **A**ult
ergo dicere si habes aliquem vel aliquam qui facit
opa tua. sed iam scandalizat te. eijce a te. **V**bi gra-
tia. si aliquis vestrum habet ancillam que seruit si-
bi et faciat sibi opa sua. **D**e tali dicitur quod est manus
sua. sed scandalizat te. quia iam cogitas de ea cor-
rupta intentione. foras proijce abs te. **I**dem de
vidua vel moniali que habet procuratorem qui facit
omnia negocia sed incipit scandalizari. **p**roijce etc.
Officium pedis est ambulare et sustinere corpus.
Sic si aliquis puidet vobis vidue vel moniali
talibus sustinet vos sed si talis scandalizat te proijce.
etc. **O**fficium oculi est ostendere res sic confessor ad-
uocatus. magister pueri est oculi si scandalizat te
etc. erue gladio discretionis et proijce. melius est
cum vno oculo naturali intrare paradysum quam du-
os habentem scilicet scientiam naturalem et acquisitam
mitti in gehennam ignis. **Q**uinto ille qui iam sur-
git spuit non solum materiam paruam sed grossam.
Ecce oris confessio ubi grossa peccata sunt spu-
da. non solum venialia ut faciunt multi. **S**ic puri-
ficatur stomachus anime a malis cibis et indige-
stionibus peccatorum mortalium que infra an-
num comedimus. **I**dem scriptura. **i. Joh. j. Si co-**

Feria tertia post Reminiscere

riteamur peccata nostra fidelis et iustus est deus
ut remittat nobis peccata nostra et emundet nos
ab omni iniquitate. **Sexto** talis calciat se. ecce in-
iuriarum remissio. unde incedens discalciatus statim
sentit spinas. sic impatiens et vindicativus statim
sentit de iniuria sibi facta. sed patiens non curat. ta-
lis est calciatus ut christus qui patienter sustinuit
iniurias. qui cum patere et .j. Petri. ij. Qui cum
malediceret non maledicebat et cum patere non com-
minabatur. sic nos calciare debemus et non curare de
vindicta. beatus qui potest dicere non habeo odium
in corde. Unde ad Eph. vj. Accipite armaturam
scilicet patientiam dei ut possitis resistere in die malorum
et in omnibus perfecti. state ergo succincti lumbos ve-
stros in veritate id est iusticie et calciati pe-
des in preparatione euangelij pacis. **Septimo**
cingit se. ecce debitorum restitutio quidam volunt
vivere ample et late et de bonis alterius de rapi-
na usura desalaris de bonis ecclesie mortuorum
hospitium etc. Ideo cingatis vos cingendo zo-
na iusticie et mutetis statum quem tenetis minuendo
excessum et ornamenta vana. Ideo scriptura ad
Rom. xij. Reddite omnibus debita. cui tribu-
tum tributum. cui vectigal vectigal. cui timorem ti-
morem. cui honorem honorem. Remini quicquid de
beatis nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit
primum legem implevit. Nam non adulterabis.
non occides. non furaberis. non falsum testimonium
dices. non concupisces. et si quod est aliud in illo verbo
restaurat. diliges primum sicut te ipsum etc. Sint
lumbi vestri precincti. id est valde cincti. et lucerne
ardentes. i. bona opera in manibus. **Octavo** p-
sona honesta lauat manus. Ecce elemosynarum
largitio. quia elemosyna lauat faciem anime quam fit
de bono iusto. Luc. xj. Quod superest date elemo-
synam. et ecce omnia mundata sunt vobis. Nota quomodo
christus postquam predicauerat respiciebat si aliquis
inuitaret eum ad prandium et circumspicere omnibus.
glosa. si aliquis eum inuitaret quia voluit esse pau-
per. Et semel quidam malus homo ipsum inui-
tauit et multos alios phariseos inimicos christi co-
gitans quod comedendo christus diceret aliquod ma-
lum verbum ut accusaret. sed non est consilium con-
tra dominum qui volens eum corrigere dicit. vos pha-
risei quod deforis est calicis et catini mundatis. quod
autem intus est vestrum plenum est rapina et iniquita-
te. stulti nomine qui fecit quod deforis est. etiam quod
deintus est fecit. verum quod superest date elemo-
synam. et ecce omnia mundata sunt vobis. **Lu. xj.** Non
vos pharisei ut cognosceret quod ipse sciebat corda
et cognosceret. et hoc dixit. quia in corde odibant
christum et ad extra ostendebant sibi amicitiam. **Non**
quod superest dupliciter. Primo quod superest facta refe-
ctione. **Ubi** habetis bonum consilium. si tenetis vultus
qui iuistis aliquid de bonis iniuste. facite medium
in capsula et illud de bono iusto ponatis in dextera
aliud vero ad sinistram. quia licet modo statim non

habeatis propositum emendandi vel restituendi
paulatim tamen quando videbitis distinctionem pecu-
niarum compungentium in corde ut restituatis. etc.
Item quando volueritis facere elemosynam non faciatis
de sinistra iniusta que est in capsula. quia nullum ha-
beretis meritum. sed peccatum. xliij. q. v. Forte. sed
de illo quod est in dextera. et hoc dicit christus.
Matth. vj. nesciat sinistra tua quid faciat dexte-
ra tua. Non loquitur de manu. quia nullam habet
scientiam. Ideo Tob. iij. Ex substantia tua fac
elemosynam non de aliena. Secundo quod superest
scilicet recepta necessitate et retenta quod superest de vi-
no pane etc. non referuare in capsula nec dare cani-
bus sed dare pauperibus. Idem de indumentis quod
superest retenta necessitate in elemosynam et omnia
munda sunt vobis. s. manum et facies sanie. ergo surge
vade in serepta etc.

Feria tertia post dominicam secundam
quadragesime. Sermo secundus

Quoniam maior est ve-
strum erit minister vester. originaliter
Matth. xxij. Et recitatur in euange-
lio hodierno. Sicut enim totum quod
est in euangelio est morale. Ita christus intendit a no-
bis extirpare et reprobare.

- Primo reprobatur inobedientiam
- Secundo vanam gloriam
- Tertio arrogantiam
- Quarto excellentiam

Hec magna sunt et offensiva diuine maiestatis.
de quarto et ultimo quod est quando creatura se
extollit propter bona temporalia. loquitur nostrum the-
ma. s. qui maior est vestrum. s. in nobis a deo sibi da-
tis erit minister vester. Veniamus ergo ad prima-
m partem in qua christus reprobatur et vitatur peccatum
inobedientie quod est quando minores maiori-
bus non obediunt. nec filij parentibus. nec vasalli
dominis. nec populus prelati ecclesie. Contra
istos dicit christus in principio euangelij loquens
populo et discipulis dicens. isto modo locutus est
iesus ad turbas et ad discipulos suos dicens. Su-
per cathedram Moysi sedebunt scribe et phari-
sei. Omnia ergo quecumque dixerint vobis seruate
et facite. Secundum vero opera eorum nolite facere. Di-
cunt enim et non faciunt. alligant enim opera importa-
bilia et imponunt in humeros hominum digito autem
suo nolunt ea mouere. Et per declarationem istorum
sciatis quod populus communis attendens quod recto-
res communitatis et sacerdotes erant male vite no-
torie retrahabant se ab eorum obedientia et negli-
gebant eorum mandata et ordinationes. propter hoc
primo ostendit quod licet domini et prelati sint mali. ta-
men subditi tenentur eis obedire nisi precipere
aliquid quod esset contra deum. et ideo dicit. super
cathedram etc. Videatis scribe possunt dici et hoc
propter officium scribendi. nam scribunt isti tales

Reddite vobis